297 244.

Joanni Alberto
Bannio Presbyt.
Harlemum.
14. Aug. 1638.

Vir Ampl^me

Quam immeritam amicitiam secundo offers et quidem ἀπροσδόκητος, quasi per Regiam Portam adeas, conabor omni officio si non mereri, colere certe ac fovere quantum potero. Eius mihi primum Argumentum libri tui quem possidere fuisset, si mei. Nunc pars melioris Bibliothecae, ut ex Heinsiana supellectile, solo usu meus erit; sed longo, et ad saltem, ne te usquam credas. Tanta illius viri humanitas est, et, addere audeo, tam pretiosus erga me affectus, ut si qua ipsius ope gratificari eruditis amicis valeam, totam prolixe collaturus sit. Instituti tui ad novam Musicam perficiendam methodo summopere delector. adeoque, quod amicis aliquoties mandavi, ipse nunc propriam sedulo te rogo, ne tam praeclara pendeant opera interrupta. facies rem existimatione tua dignam, et patriae quidem apprime utilem, in qua ad nauseam porro et fastidium Psittaci sumus, barbari cantores, Musici linguae et palati tenus, vox denique praeterea nihil. De cantionibus quas misisti, non simplici nomine tibi debeo. Sed hoc praecipue, quod et Phyllidem meam, de qua Virgilius vicibus usurpare soleo, Phyllida amo ante alias modulis tuis exornare voluisti. ubi tantillus otii erit, explebor novis deliciis. nunc procul a Musis avocor. nam in procinctu stamus. Vale Vir clariss^e. et me ama. Hagae. Postrid. Id. Sext. 1638.

agnoscis. quo cum delectari te tam[...]
professus sis, etiam [...]
auxeris quo me obligasti, [...]
Loquor nunc de tot felicissim[...]
in me partim, partim tuo [...]
illustri verax et pessimus praeco est. Nicquefor[...]
Inter illas quas tu attention[...]
capito eiusdem scriptor luculentum [...]
subacto iudicio, aut subtili ora[...]
quocunque, ait (nescio nunc quo lo[...]
miseris, id sibi occurrit, quod [...]
nisi inter pessima legi datur. [...]
laudandi ratio. At, Amice [...]
ne hac quidem sibi satisfacia[...]
ut porro dilige pergas, sincere [...]
modesti patria, pro encomio, [...]
rubore agis, dum anguli nim[...]
obtuso comparationem longe [...]
nobis applicas. Rursus [...]
impingo. Acumen epigrammatis [...]
voluisti. Audi philosophum, [...]
video, extantem, quanto de[...]
viburna scriptum est: Acut[...]
ista quae dicis, nihil est ac[...]
quaedam inutilia et inefficacia [...]
reddit. Esse aridula, quasi frigida, credo, mi [...]
me castigo; et si quid cum opportun[...]
quod, nondum refrigerato invention[...]
inventoris dispicis, aliunde [...]
iudico [...]

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 244
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1418